p. 6. — 1) *Cf. supra N. 232. —* 2) *Supplementum non certum. Quae causa fuerit, ut legio sexta Aspro illi praeterea ignoto loco illo Mysiae monumentum erexerit, latet.*

9109 leg. XIII G. et I Adi.[1]

Tegulae, cuius duo innotuerunt exempla, alterum Apuli, alterum, incertae originis, servatur Bukaresti (III 8062 = 1628 vidit Domaszewski; Téglás Herm. 44, 1909 p. 620). — 1) *Sic fere (in fine* ADI*) in exemplo Bukarestensi legit Domasz.;* LEG XIII GE ET ADI *lectum est in exemplo Apulensi. Legionem decimam tertiam Geminam castra habuisse Apuli notum est (cf. supra N. 2042. 2300 cet. 3736); una cum ea vexillarios legionis primae Adiutricis aliquando Apuli fuisse ex his tegulis apparet (cf. Mommsen ad III 1628; Téglás l. c.).*

9110 leg. IIII Fl.[1] Cu[*ppis*][2].

Tegula rep. Islas ad Danuvium (III 13815ª misit Neudeck). — 1) *De hac legione Moesiae superioris cf. supra N. 2086. 2292 cet. —* 2) *De Cuppis vico Moesiae superioris cf. Corp. III p. 1447.*

9111 l. V M. Oes.[1]

Tegula rep. Celeiu ad Danuvium, est Bucaresti (III 8068ᵇ vidit Domaszewski). Gemella item Bucaresti adservata III 8068ª. Tertia, ex qua ... MOES *tantum superfuit reperta Bešli prope Gigen (III 12523). —* 1) *Legionis quintae Macedonicae, Oesci (sic Vulič Klio 1908 p. 130; priores legerant* Moes.*). Tegulae sunt eius temporis, quo legio quinta Macedonica ex Dacia in Moesiam sive potius Daciam ripensem translata erat (cf. Filow die Legionen der Provinz Moesia p. 82).*

9112 [*leg. XI*] Cl. f. Tram.[1]

Tegula, Kadi Köi (cf. infra N. 9118) rep. (III 12526 misit Skorpil). — 1) *Transmariscae. De Transmarisco castello cf. Corp. III p. 997.*

9113 l. XIII G. Rat.[1]

Tegula, Ratiariae (cf. supra N. 7176) rep. (III S. 14597⁴ edid. Dobruský). — 1) *Amissa Dacia legio decima tertia Gemina videtur esse translata Ratiariam Moesiae (cf. Momms. C. III p. 1020).*

9114 vexillus | leg. II Aug.

In imagine vexilli tabulae lapideae insculpta, Corstopiti (Corbridge) in Britannia rep. fossionibus anni 1907 (Eph. ep. 9, 1147 vidit Haverfield; Forster Journal of the British Archaeolog. Association 1908 p. 14 cum tab.; Archaeological Journal 1908 p. 120 cum tab.).

9115 imp. T. Aelio [*Ha*]d|[*ri*]ano Antonino | Aug. Pio p. p., vexill. leg. | IIII Scy[*th. et leg.*] XVI F. f.[1] | su[*b*] Sul . . . Iulia|no . . .

Seleuciae Pieriae in crepidine canalis (Chapot bull. de corresp. hellén. 26, 1902 p. 165 qui aegre legit). — 1) *Duae legiones Syriae (cf. supra N. 2288), quarum vexillationes hoc opus struxisse putandae sunt. Cf. supra N. 2280 seq. 2287.*

---

archive.org